



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorum co[m]munium Ioannis Eckij,  
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiae**

**Eck, Johannes**

**Antverpiae, 1541**

28 No[n] disputandu[m] cu[m] haereticis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35599**

NON DISPVTANDVM

cum hæreticis.

XXVIII.

**Q** Vanuis. de Luthero, & Lutheranis non sit dubium, quin sint hæretici damnati, & pro talibus habendi, quia ipsi reuocant hæreses sæpe dānatas, Arrii, Manichei, Iouiniani, Arrii, Vigilanti, Euticetis, Felicis, Albigensium, Vualdensium, Ioānis Vuicleff, Ioannis Hufs, & aliorum hæreticorum, ideo contra eos non est disputandū

ca. maiores

24. 9. 1

Nam Gelasius papa inquit. Maiores nostri diuina inspiratione certantes necessario præcauerunt, vt quod contra vnamquamq; hæresim, coacta semel synodus, pro fide, cōmunionē & veritate catholica atq; apostolica promulgasset, non sineret nouis post hac retractationibus mutilari, ne prauis occasio præberetur quæ medicinaliter fuerant statuta pulsandi, & ea quæ sequuntur.

Idem voluit Martianus Imp. Inu-  
riam

riam facit iudicio reuerendissimæ L. nemo C.  
synodi, si quis semel iudicata ac re- de summa  
cte disposita, reuoluere & publice di trin. & fide  
sputare contenderit. catholi.

Vnde in septima actione Calcedo-  
nenfis concilij. Martianus inter cæ-  
tera dixit (vt habes distinctione no-  
nagesima sexta ca. nos) Nos ad fidē  
confirmandam, non ad potentiam  
ostendendam, ad exemplum religio-  
sissimi principis, augustissimiq; Ro-  
mani Imperatoris Constantini, syno-  
do interesse volumus, vt veritate  
inuenta, non vltra multitudo doctri-  
nis prauis attractata discordet.

Præterea heretici nō querunt di-  
sputationem, nisi multis malitijs in-  
uolutam. Nam pleriq; eorum adeo  
pertinaces sunt, vt libere promittāt  
se articulos vsque ad mortē defen-  
suros, quare liquet eos esse incorri-  
gibiles, obstinatos & pertinaces & q  
nō sunt docibiles dei, sed innitatur  
proprie prudentie, & ponant obsta-  
culum

CVM HÆRETICIS

culum spiritui sancto.

Iterum patet de Lutheranis hereticis, quod fraudulenter obtinent disputationem, nam querunt disputare non coram doctis & literatis ac in theologia exercitatis, sed coram indoctis, vulgaribus laicis, quorum capacitas se nullo modo extendit ad iudicanda huiusmodi mysteria fidei.

Nam quomodo heretici venient ad disputationem coram doctis, qui sciant theologos studiorum generalium Galliae, Hispaniae, & Angliae contra eos conclusisse, & studia generalia Germaniae, quae fuerunt famosa in theologia, ante ortum huius haeresis, similiter dānasse Lutherum.

Addatur his, quod in disputando, finem intendant peruersum, scilicet quod ad se trahant laicos alioquin clericis oppido infestos, ut illos in odium cleri amplius accendant.

Præterea articuli lutherani sunt  
huius.

huiusmodi, vt si in disputationem proponantur coram laicis, iam mysteria fidei nostræ, authoritas ecclesiæ, & conciliorum ludibrio exponantur. Nam quod scandalum oritur non modo apud simplices fideles, sed apud Iudæos & infideles, si audierint ea in fide nostra in dubium vocari, quæ à sanctis patribus & concilijs, ante 1000 annos, ante 1200 ante 1300 fuerunt constituta & decreta, & ab ipso Apostolorum tempore obseruata, quis vel micam habens fidei, vel prudentiæ, ista poterit iudicare disputanda, coram frigidis & male sentiētibus laicis? Et quia dum constat de eorum conuersione & pertinacia (nolunt enim admittere alium iudicem quam scripturam, quam volunt interpretari secundum propria capita) clare Apostolus Paulus interdixit disputandum cum his. Noli verbis contendere, ad nihil enim vtile est, nisi ad  
 sub-

2. Timæ

CVM HÆRETICIS

**Ibidem** subuersionem audientium + Stultas  
& sine disciplina quæstiones deuita,  
**Tit. 3** sciens quia generat lites, Stultas au-  
tem quæstiones & contentiones, pu-  
gnas legis deuita, sunt enim inuti-  
les & vanæ.

**Hier. 17** Perdix fouit, quæ non peperit, fe-  
cit diuitias, & non in iudicio + Aug.  
lib. 13, contra Faustum ca. 12, pulchre  
applicat, Perdix nimis contentiosum  
est animal, Ita & hæretici sunt con-  
tentiosi, Non enim disputare amant,  
sed quoquo modo superare impu-  
dentissima peruicacia, vt congregent,  
quæ non pepererunt, Nam Christianos  
quos maxime Christi nomine  
seducunt, iam per ipsius euangelium  
natos inueniunt, hos colligunt ad  
eorum insaniam, Ideo pro prouer-  
bio vsurpat August, contra hæreti-  
cos, perdix congregat quæ non pe-  
perit, Quo fit vt si non idoneus iu-  
dex detur, nunquam sit finis dispu-  
tandi, idoneum autem iudicem non  
reci-

recipit hæreticus, quia proprium est  
 hereticorum, ait Augu. contra Fau- Lib. 22  
 stum, fugere disputationē. Nam sem-  
 per reperiuntur temerarij, pertina-  
 ces & proterui, qui nullam satisfac-  
 tionem solutionis recipiunt. Sicut  
 Moysi restiterunt Iamnes, & Mam-  
 bres. Ita hæretici resistunt veritati, 2. Tim. 3  
 homines corrupti, mēte reprobi cir-  
 ca fidem, sed vltro non proficient.

Chryso. in homilia dominicæ. 18.  
 Audi homo fidelis, qui contra hære-  
 ticum libenter contendis. Si phari-  
 sæi placati sunt, & tu certando con-  
 tra hæreticum potes eum placare, si  
 eum viceris. Si tamē pharisæi, victi  
 quidem sunt, placati autē non sunt,  
 quomodo tu poteris eos placare, cū  
 viceris? Nunquid Christo fortior  
 es? vt quos ille non placavit, tu pla-  
 ces? Origen. homilia Matth. 22. Pro-  
 prium est Sadduceorum & omnium  
 qui mendacij sunt doctores, obinu-  
 tescere quidem, non autem tacere.

X nam

## CVM HAERETICIS

nam etsi obmutescunt quantum ad rem, non tamen tacent.

Pro, 20

Catholici ergo debent vitare disputationem cum huiusmodi, quia honor est, ait sapiēs, homini, qui separat se à contentionibus, nisi ubi idonei darentur iudices, tūc enim, ut manifestaretur gloria dei, tueretur veritas catholica, & heretici perfidi confunderentur, esset omnino disputandū, sicut Sephanus disputavit Act. 6. Paulus disputavit Act. 17. & 20. Et ubi disputationis sententiā suscipere & pati volūt heretici, tot adhuc sunt catholici viri, quorum vnusquisq; gladiā habet accinctum super femur suū, qui adoriantur hereticos, sicut Dauid Goliath, in nomine domini exercituum, dei agminum Israel. Et veritas sub iusto iudice vincet.

5. Reg. 17

3. Esd. 3

¶ Auctarij præfatio.

Quoniam noui morbi, occasionem dant nouæ quærendæ medicinæ,



na, ea propter cum alios locos ædi-  
dissemus communes contra Luthe-  
ranos, verissimū comperimus, viam  
& ianuam per Lutherū apertam om-  
nibus quidlibet audendi. Sustulit e-  
nim Luther ( quantum in ipso fuit )  
sacrorum conciliorum authoritatē,  
Romanorum pontificum iudicium,  
sanctorum & deo amabilium patrū  
responsa, ac studiorum generalium  
condemnationes. Vt iam vnicuique  
phrenetico, vel melancholico, Satur-  
nino, bis stulto cerebro, peruium sit  
omnia insana capitis sui phantasma-  
ta, sacris mysterijs immiscere. O  
deus, O tempora. Cogimur ergo illo-  
rum impietate, quanuis inuitissimi,  
hos adijcere locos.

## SVB EVCHARISTIA

esse verum corpus

Christi. XXIX.

**C**œnantibus aut̄ eis, accepit Ie-  
sus panē, & bñdixit, ac fregit Mat. 26  
deditq; discipulis suis, & ait:

X 2 Acci-